

1580 marzo 21, Quinzano.

Visita apostolica dell'arcivescovo di Milano card. Carlo Borromeo.
Relazione della visita preliminare del sub-delegato.

Roma - Archivio Segreto Vaticano: S. Congregatio Concilii, Visitatio Apostolica, 65, cc. 431r-433r.

Ediz.: TURCHINI-ARCHETTI-DONNI, 2004, pp. 471-473¹.

(revis.: tc, 12.2006)

[c. 431r] {Quinzani}²

☞ Die XXI Martij 1580³

Visitauit ecclesiam parochialem Archipresbyteratum nuncupatam *ssanctorum* faustinj et Iouitę loci Quinzani. In hac ecclesia cura animarum exercetur, ob populi comoditatem cum hec ecclesia sit unita seminario, Et parochialis alias esset ecclesia *sancte* Marię extra p̄dictum locum, et Intra eius fines infra scriptas ecclesias oratoria capellas, et scholas *etc.* Consecrata est: *Sanctissimum* sacramentum in ea assidue asseruatur in tabernaculo ligneo super Altare maiori collocato, coram quo lampas, titularis impensis iugiter p̄lucet Baptisterium non est ad formam.

Altaria septem habet videlicet

Altare maius, in quo est onus missę quotidianę ad quod tenetur seminarium cui hec ecclesia unita est. Capellanus mercenarius est presbiter Iacobus de Basellis, aetatis annorum 56 cum mercede *librarum* 100 monetę brixienensis. Hic legitime de ordinibus docuit.

Ad Aliud Altare celebratur expensis scholę corporis *Domini*. Capellanus mercenarius est presbiter Petrusantonijs || [c. 431v] de Castro nouo aetatis annorum 42 qui etiam coadiuuat in cura animarum qui de ordinibus legitime docuit, et scientia tolerabilis est ac bonę uite.

Ad Altare sancti siluestri adest legatum missę unius in hebdomada ad quod tenentur non nulli de planerijs, qui bona diuiserant, et pro maiori parte ipsa alienarunt: itaque bona non reperiuntur. Oneri autem ab annis quinque citra satisfactum non fuit.

Cęmeterium nullum adest. sed mortuj sepeliuntur in ecclesia veteri *sancte* Marię infrascripta, et in eius cęmeterio. Campanile ruinosum est. Sacristia adest. Domus parochialis distat ab ecclesia circa quinquaginta passus.

Redditus parochialis ecclesię dicuntur esse aureorum circiter quingentesimum de Camera. Super quibus pensio annua aureorum ducentum prestatur Reuerendo Domino Antonio Scaino Romę commoranti. et aliorum item scutorum ducentum⁴ Reuerendo paulo Corrarario, qui de Bullis non docuerunt. predictus uero stipendium habet coadiutorię cure animarum.

Rector titularis est presbiter fabianus Gauazenus, Bergomensis aetatis annorum 42 alias congregationis *sancti* Georgij in Alga Venetiarum sed non professus. hic de titulo, ac ordinibus legitime docuit. scientia quidem tolerabilis.

Coadiutor in cura animarum est presbiter Bartholomeus de maximis, aetatis annorum || [c. 432r] quinquaginta, qui de ordinibus preter quam de prima tonsura, et quatuor minoribus legitime docuit. scientia pro munere suo tolerabilis, ac bonę, ut dicitur uitę. Clericum non

¹ Di questa trascrizione (d'ora in poi TURCHINI) si porranno in nota solo le varianti più significative.

² Nel margine. Sottolineato nel ms; lo stesso per il seguente.

³ L'intestazione si ripete identica al principio di ognuna delle pagine seguenti. La divisione in paragrafi è in parte redazionale.

⁴ Scil.: "ducentorum".

habet.

In ecclesia inseruiunt Iacobus de Mersolis⁵ diaconus qui docuit de ordinibus: Nec non Alexander de Bonaldis acolythus qui pariter suorum *ordinum* exhibuit instrumenta.

Animę sunt 3000, uel *circa* ex quibus 2000, uel *circa* sacram sumunt comunionem:

Concubinarij sunt: Albertus Zanolus, cum Maria Betta, cui factum fuit *preceptum* sub poena aureorum centum, et excommunicationis in subsidium, ut eam missam faciat. pro' quo fideiussit dominus franciscus de lutherijs.⁶ Gabriel vadanenus⁷ cum Margarita de Castro, quibus acceptantibus factum fuit *preceptum* ut sub poena aureorum 25 et excommunicationis in subsidium, ipse Gabriel: sub poena uero fustigationis ipsa Margarita, ut omnino abstineant, sub alijs etiam grauioribus poenis, astricti sunt *Episcopi* Arbitrarijs. Ioannes de Clericis, cum Dominica de Zannolis. quibus acceptantibus factum fuit *preceptum*, ut sub eadem poena quę *supra*, ab omni quauis consuetudine omnino abstineant. Catherina de Bettis, cum Bartholomeo de stefanis: cui quidem⁸ mulieri acceptanti factum fuit *preceptum*,⁹ ut sub poena fustigationis, et *etiam* grauiori pro Arbitrio *Reuerendissimi* Ordinarij cum dicto Bartholomeo aliquam consuetudinem non habeat. || [c. 432v] Catherina de Arighettis concubina, cum Domino Ioanne Maria de ferrarijs, cui mulieri acceptanti factum fuit *preceptum*, ut *supra*, sub poena fustigationis, ut abstineat et *cetera*. Maximilla de Cuginis uxor Domini Claudij de comitibus, seorsum ab eodem marito uiuens, quę pena aureorum ducentum, promisit, cum ipso habitare,¹⁰ et fideiussionem in manibus dicti Vicarij foranei prestitit.

☞¹¹ Ecclesia sanctę Marię aliás parochialis, quę paululum est *extra* terram parua, et incomoda. Altare habet indotatum. Aliud uero Altare est *extra* ecclesiam, in capella sanctę Marię, indotatum: Tres alię capellę ab eadem¹² ecclesia diuise¹³ sunt, in quarum una est Baptisterium amplum, et antiquum: in quo *etiam* paschatis¹⁴ tempore, aquę baptismalis fons solemniter benedicitur. Cemeterium est circa hanc ecclesiam foueis septum in quo' mortui sepeliuntur.

☞ Oratorium sancti Rochi paruum, habet duo altaria indotata, maius uidelicet et Altare sanctę Marię extra capellam. In hoc oratorio est schola *sanctissimi* Rosarij: quę alias erat in ecclesia *ssanctorum* faustini, ac Iouitę. In hoc oratorio pretenditur celebrari¹⁵ debere missam quotidianam, quę expensis scholę *sanctissimi* sacramenti celebratur in ecclesia *ssanctorum* faustini et Iouitę. et hoc uigore cuiusdam sententię.

☞ Oratorium disciplinatorum¹⁶ sancti Ioseph decens; Altaria tria habet indotata;¹⁷

Schola disciplinatorum est antiqua || [c. 433r] de cuius erectione¹⁸ non constat; et regulas habet non confirmatas. scholares descripti sunt numero 18 qui reguntur a Ministro,

⁵ TURCHINI, p. 472: "Mersalis".

⁶ Errore per: Litteris (?)

⁷ Errore per: Vadaneus.

⁸ TURCHINI: "quidam".

⁹ TURCHINI: "praetceptum".

¹⁰ TURCHIN: "habitore".

¹¹ I nomi dei luoghi sacri sono preceduti nel ms da *maniculae*.

¹² Manca in TURCHINI, p. 473.

¹³ TURCHINI: "diuisa".

¹⁴ Manca in TURCHINI.

¹⁵ TURCHINI: "celebrare".

¹⁶ La parola "disciplinatorum" è stata qui inserita per errore.

¹⁷ A questo punto dovrebbe esserci una divisione.

¹⁸ TURCHINI: "erectioni".

subministro, consiliarijs *quatuor*, et Massario. qui non mutantur. nec computa redduntur: libri^{que} male tenentur. Redditi sunt librarum¹⁹ ex plodijis uiginti terrę. Domum habent, in qua conueniunt, ad negotia scholę tractanda, et quandoque ad commessandum, et precipue in hebdomada sancta. Ibidem deposita duo Mortuorum á terra eminentia, in visitatione fuere³ sublata.

☞ Ecclesia *sancte* Marię fratrum *sancti* Francisci *minorum* de obseruantia, est satis decens. distans á terra *per* medium milliare, Annexum est Monasterium, in quo uiuunt nonnulli fratres *predicti* ordinis. Altaria multa habet in capellis²⁰ indotata. *etc.*

☞ Ecclesia *Campestris* *sanctę* Marię *Montis* *Tecti*:²¹ In ea est *legatum*, missę unius *quotidianę*, *factum* *per* *Quondam* *dominum* *Aloysium* *Martinenghum* ad quod tenetur *Magnificus* *Dominus* *Ioannes* *baptista* *Martinenghus*. Redditi sunt librarum 150 monetę *Brixienſis*. Capellanus est *presbiter* *Baptista* *de* *Cagnis*.²² Domus est *annexa* *ecclesię* *pređicte*, *cum* *paruo* *horto*.

¹⁹ Alcuni puntini nel ms.

²⁰ TURCHINI: "capillis".

²¹ TURCHINI: "Montisfreti".

²² TURCHINI: "Cageris".